

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Cap. XXVIII.

De Hermannov. Marchione Badensi et
Duce Austriae.

A morte Hermannii IV. duo ejus filij Hermannus et Rudolphus Marchiam una et indivisim pari cum potestate rexerunt ferme sexennio, regnante adhuc Friderico II. Imp. Cernimus enim in actis publicis utriusq; nomen praefixum his verbis: Hermannus et Rudolphus fratres Dei gratia Marchiones: postea tamen, devoluto ad Hermannum per mortem Socii Ducatu Austriae, illo in Austriam profecto, solus Rudolphus isthic verum potitus, Badense quoq; nomen propagavit et rem duxit.

Quae sub hoc vel etiam sub ambobus, dum pariter has ditiones regerent, gesta sint, Cap. seq. dicemus: hic ea solum, quae Austriam concernunt, quam nobilem provinciam Superi Badensibus: sicut paulo ante Summa quoq; Zerlingius: ostendisse potius visifunt, quam praebuisse, adeo breve gaudium fuit.

Quanam vero ratione per connubium Hermannov. Badensi ea obtigerit, ut clarius pateat, ex arbore genealogica Marchionum Austriae Bambergica stirpis ramum decifum hic exhibeo:

Leopoldus factus
Dux Bavariae
a Conrado III. Imp.
ob. 1141

Leopoldus ho-	Fridericus belli-
brabilis Dux	cosius Dux A.
A. + 1220. ux.	+ 1248. ux I.
Theodora Alexij	Agnes F. Ottonio
Imp. Const. filia	II. Duc. Meranae.
	II. Agnes Duc.
	Ordinariae.

Uxor Sophia
Henrici Nigri
Wiphen fil. vidua
Bertholdi Ducis
Fering.

Henricus ex March
Dux A. à Frid. I.
1108. † 1177.

Uxor I. Gertrudis
fil. Coslaryll. Imp.
II. Theodora filia
Emanuelis Imp.
Constant.

Ernestus Marchio
Albertus) nes Au-
stria. seria.

Otto Ep. Frising.
Cancellarius Frid.
I. Chronographus
† 1158.

Conradus, archi-
ep. Salisb. † 1168.

Leopoldo congn.
Gregorius Dux A.
Ux I. Helena,
Geiza R. Vagar.
filia.

Fridericus Dux
R. obiit in Exped
belli sacri 1191.
Uxor filij March
a Vogthburg.

Margaritta nupta
Ottocaro R. Bohem.
Vidua Henrici D.
Suevia mortua
ante fratrem.

Henricus dictus
de Medling, Dux
Austria.
Uxor Rixa filia
Ladislai R. Bohem.

Henricus III. Dux
A. de Medling.
Ux. Agnes filia
Hermannii Land.
Hapsia et Thuring.

Agnes nupta Ve-
rico Duci Carinth.
Maria nupta
Stephano Duci
Sagrabia.
Gertrudis nupta
Hermano March.
Bad. sola ceteris
superstes.

Fridericus D. A.
capite percussus
Neapoli.
Agnes nupta
Meinhardo Com.
Tyrol. mater
Elisabetha Uxo-
ris Alberti Stab-
spurgij, cui Au-
stria obligat.

Hac ex Albizio, qui et alicubi sic scribit: Hermannus
Marchio Badensis Friderico bellicoso Duce Austria, in pra-
lio ab Hungaris caeso, Ducatum Austria et Styria sibi
vindicauit propter uxorem, aß Bohemis Rex Ottocarus
armis occupavit.

Jo. Aventinus Annal. Boiorum L. 4. Fridericus Austria
ab Ungaris praelio occiditur, et absque liberis decessit.
Ejus nepotem ex fratre Gertrudim Hermannus Ba-
densis frumengaria sorore Agnetis uxoris Ottonis
Reguli Bojorum progenitus uxorem ducit, Au-
stria atque Styria Ducatum ope Bojorum affi-
nium suorum sibi vindicat.

Franciscus Irenicus lib. 9. c. 106. si paulo altius

rem nostram repetamus, Austria Ducatus titulum ac jus Marchionibus Badensibus adscriptum fuisse nobis constabit, exoleta enim Lupoldorum prosapia, unica Margarita s. errat in nomine, / superfuera, qua ab Hermanno Marchione in uxorem desumpta, Marchionibus Austriam attulit, sicuti Annales Austriae probant.

Lazius. Friderico postremo Babenbergenfis prosapia ad novam civitatem Austriae ab Ungaris occiso, Hermannus Marchio Badensis, qui primis quidem nuptiis Bavaram s. hoc nusquam alibi invenio, neque verum esse credo, / sed Latzinum, ex eo quod Bavariis auxiliis adjectum intellexerit, Hermannum causam asinitatis adscripsisse, quam tamen inclitus attingit Arentinus paulo ante citatus; secundis vero predicti Friderici filiam s. errat in hoc quoque, / uxorem habuerat, Ducatum Austriae beneficio Imperij adeptus est.

Henninges. Hermannus V. Marchio Badensis aspirans ab Imperio ad Austriae gubernationem, eam universam in potestatem suam redigere non potuit ob factiones Garingorum, et Comitum de Hardeeg, Ungarica praeterea ac Bohemica arma, quae sub Regibus Bela et Ottocaro Austriam premebant, ipsi impedimento fuerunt, quare in fidem acceptis Ensis ac Noviburgio in ipso labore rebus humanis eximitur veneno s. ut quidam volunt, / necatus anno M^o 1250. sepultus in Canobio à D. Leopoldo

posito, quod Claustrale in Noriburgio vocant; 209.
Uxor Gertrudis filia Henrici crudelis, Austria
et de Metlinga Ducis, qua cum amita sua Mar-
garitta Austriam partita est, Metlincensem ditio-
nem administravit.

Idem Henninges in eo dispensit ab Albizio, quod
Henricum Patrem Gertrudis Leopoldi egregij fi-
lium facit, fratrem vero Margarittha Bohemo nu-
pta, sicut enim describit Leopoldi VII. liberos ex Theo-
dora Graca.

Leopoldus puer obiit, Henricus crudelis et Dux de
Metlinga cognominatus contra patrem et fratrem
conspirat, Heimburgo Castro occupato, idq; Ottocari
Ducis Styria consilio, apud quem etiam in exilio
delituit: Uxor I. Helena filia Bela Regis Hungaris,
II. Richardis filia Landgravij Turingia, cum qua
Noriberga maximo apparatu nuptias celebravit.

Ex hac nata Gertrudis, qua post obitum patris secundi
Austriam cum Margarita Patris Sorore divisit, et
Metlingam patris hereditatem sortita est, quo
tempore Ungari et Bohemi Austriam maximis cla-
dibus infestant, huic nati sunt liberi ex primo
marito Henrico Moravia Marchione nulli, et Her-
manno Marchione Badensi: qui Austriam susce-
pit gubernandam, et obiit a^o 1250. / Fridericus
Marchio Badensis, et Dux Austria et Agnes / alia
Elisabeth: / Hac honestissima Matrona fuit nupta
primum Ulrico III. Duci Carinthia, 2^{do} Meinardo

Tyrolis et Goritia Comiti, ex qua nati Elisabeth
 conjux Alberti Habsburgiensis: cui pater Ru-
 dolphus Imp. Austriam contra Hungaros defensam
 tradidit: et Henricus Rex Bohemia: cujus Uxor
 Anna filia S. Wenceslai: et item Otto et Ludovicus
 Duces Carinthiae.

Ex tertio matrimonio cum N. Rasiae Principe: cui
 per vim mixta fuit per Belam Ungaria Regem:
 nata Maria nupta Stephano de Sagrabia Ungaro.

Idem author de Friderico bellicoso narrat, quod
 ob merita in Reipub. ab ipso, et Majoribus suis
 profecta Rex Austria salutatus sit à Friderico II.
 Imp. aº 1225. cum vero obsequium Imperio detre-
 ctaret, suis gravis ac molestus esse pergeret, om-
 nium Patronum ac Tutorum suscipere patrocini-
 um et citatus à Principibus Imperij et suorum
 in gratiam restitutus pro regali Diademate Ar-
 chiducalem Tiaram receperit, subdit post hoc, ex
 quatuor ejus Sororibus. Margaretha fuit uxor
 primùm Henrici Apulia Regis et Ducis Sicilia
 filij Friderici II. Imp. postea Ottocari Regis Bohemia
 quem fastidens veneno sustulit. Austriam nihilo-
 minus affectavit, Ungaros competitores magno pre-
 lio vicit, a Rudolpho demum Cesare victus et occi-
 sus, qui consensu Procerum Austriam Alberto fi-
 lio tradidit anno 1282.

Elias Reusnerus. Hermannus Marchio Badensis

Friderico bellicoso ad Neostadium Austria ab Ungaris 211.
in acie cesso, Austria atq; Styria Ducatum Procerum
Bavaria auxilio sibi vindicavit, quem Imperij quoq;
beneficio retinuit, obiit IV. Non. Decemb. a^{no} Christi
1248. non absq; suspicione veneni Neuburgi sepultus.
Uxor Gertrudis Friderici bellicosi Austria Ducis ex
fratre Henrico neptis, liberi Fridericus Dux Austria
&c. Elisabeth /; alius Agnes /; nupta Meinhardo Tyro-
lio peperit Elisabetham consortem Alberti Caesaris,
cujus matrimonij ergo Habsburgienses Austria Du-
catu sunt potiti.

In Calendario MS. Murbacensi Sanctorum domus
austriac. sanguine vel matrimonio contingentium,
haec leguntur; Tempore Friderici Imp. duo postremi
Austria Duces erant Fridericus et Henricus, Frideri-
cus obiit sine liberis unicam relinquens sororem
Margaretham, Henricus etiam obiit relinquens
ex Richarda Ludovici Thuringia Landgravij filia
unicam filiam Gertrudem (qua Hermannno Mar-
chioni Badensi nupta Fridericum et Agnetem pe-
perit: hic Fridericus Dux Austria cum Conradino
Suevia Duce propinquo suo Neapoli capite trunca-
tus, et ita Stirps mascula Ducum Austria ex-
tincta est. Margarethe supra memorata maritus
Ottocarus Rex Bohemia aliquamdiu Austriam
tenuit, sed cum eam indignè repudiasset, et factus
esset Imperio rebellis à Rudolpho Imp. in praelio

occisus est. Agnes sola ex austriaco sanguine
superstes nupsit primum Ulrico Carinthia Duci,
et eo mortuo secundis nuptiis Meinhardo Comiti
Tyrolensi, e quo conjugio nata Elisabetha, quam
duxit Albertus Habsburgius Rudolphi Imp. filius,
et sic Austriam, Carinthiam, ac Tyrolim obtinuit.

Wolfgangus Hungerus in annotationibus in Ca-
saris Joannis Cuspiniani Annales recensiti, in-
quit clare occurrit Austria Ducatum Hermano
Marchioni Badensi unacum uxore Gertrude Hen-
rici Medlicensis Ducis Austria filia cepisse jam
ante Friderici II. Caesaris obitum: Cum Herman-
nus illo eodem, quo Fridericus II. Caesar, anno, si-
clicet MCL. decesserit.

Rectius hic author annum, quo Hermannus
in vivis esse desierit, consignat, quam Reysnerus,
nam in ejus saeculi quinquagesimum conspirant
omnes alij, diem etiam addit Aventinus IV. Non.
Decemb. in loco sepultura etiam conveniunt,
nempe Neoburgo claustrali Austria: vulgo
Kloster Nünburg:)

Chronicon Monasterij S. Udalrici et Afra apud
Augustam Vindel. quod tunc fuerit Austria status,
ita describit año MCCXXVIII. occiso Friderico
potentissimo et inquietissimo Duce Austria et
Styria, quanta mala fere per sex años ubiq;

Provincia sit perpeffa, nullus valet scribere vel
 narrare, nam quilibet nobilium, imo magis
 ignobilium nec Deum nec homines revertus,
 quocumq; volebat, faciebat, homines ad manitio-
 nes vel cavernas terra fugere non valentes ca-
 ptivando, vulnerando, occidendo. Bela etiam
 Rex Hungaria orbata hereditus terras sibi at-
 trahere cupiens multa millia hominum per pa-
 ganos, videlicet Comones in captivitatem abdu-
 xit, multa occidit, ac utriusq; terra Marchia
 fere inhabitabilis facta; Tunc Hermannus Mar-
 chio de Baden natus est Ermengarde Sorore Dominae
 Agnetis Ducis Bavaria auxilio Ottonis Ducis
 Bavaria duxit in uxorem Gertrudem filiam Hen-
 ricus Ducis, qui fuerat frater Friderici Ducis Au-
 striae et Styria ratione talis conjugij usurparit.
 qui genuit filium nomine Fridericum, et filiam
 nomine Agnetem, qua Ulrico Duci Carinthia
 postea copulatur, et dictus Hermannus Dux tan-
 tam malitiam hominum, qua jam nimium in-
 valuerat in orbe, etiam propeditus compefcere,
 non valebat, moritur enim 3. Nov. Octob. MCCI.

† antedicti, et Du-
 catus Austria

Alius quidam Chronographus antiquus annum
 quo Gertrudis Hermannus nupta fuit, adnotavit,
 año 1248. Hermannus marchio Badensis intravit
 Austriam auxilio Ducis Bavaria, et duxit filiam
 Henricus Ducis, qui fuit filius Leopoldi: vult die-
 re pronepos S. Leopoldi: /

Idem anno 1263. Dux Carinthia Ulricus dominam Agnetem filiam Hermannii Ducis Baden-
sis uxorem duxit.

Idem año 1270. Dux Ulricus Carinthia obiit, Rex
Otocarus de terra Carinthia se intronisit, domina
Agnes proneptis inclyti Leopoldi Ducis Austriae re-
lictæ Ulrici Ducis ab Otocaro rege tradita Ulrico
Comiti, dicto de Hunburg in depreffione generis.

Porta triumphales erecta Goritia in Styria Leo-
poldo I. Imp. año 1160. sic de hoc Hermanno loque-
bantur sub imagine ejusdem, Hermannus for-
tissimus Marchio Badensis V. Dux Styria regna-
vit año 1246. fortis in praelio, felix in nuptiis
per quas Austria et Styria potitus est Corona.

Hac de Hermanno isto ex diversis auctoribus re-
citasse ab hoc suspiciat, ut saltem nemo in du-
bium vocet Badenfes Principes aliquando fuisse
legitimos Austria ac Styria Dominos, quod om-
nes isti et adhuc multi alij. Scriptores attestan-
tur, qui si in minutis quibusdam sibi invicem
contradicunt, nihil id substantia rei derogant.

Cap. XXVIII.

De Hermanno VI. Marchione Ba-
densi, ejusq; fratribus Rudolpho II.
Hesone, et Rudolpho III.